



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1581 usque ad annum 1589

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1772**

**VD18 90118650**

§. 111. Rex ad hujus decreti famam perterritus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67246](#)

riter mandaretur, ut ad valvas dua- Sæcul. XVI.  
A.C. 1589.  
rum, vel trium Ecclesiarum Cathedra-  
lium ex sex ibi nominatis promulgare-  
tur, ne Rex, vel ejus subditi ignoran-  
tiam obtendere possent, ideo vix fœ-  
derati hoc diploma receperant, cum  
illud Meldis, & Carnuti promulgarent,  
etiam si Thuanus Carnutenis Episcopus  
obstitisset: Franciæ autem Ministri post  
hoc decretum in Patrum Senatu finci-  
tum haud amplius Romæ subsistere au-  
debant, hinc Joyosa Cardinalis, & Ar-  
naldus Ossatus Venetias secesserunt,  
Pisanus vero Marchio, & Cenomanen-  
sis Episcopus Liburni consensa navi  
in Franciam reversi sunt.

### §. CXI.

#### *Rex ad hujus decreti famam per- territus.*

Attamen Venetæ Reipublicæ Senatus, *Journal &  
Thuan. l.c.*  
Magnus Etruriæ Dux, necnon Dux  
Mantuæ præ ceteris priores Regem de  
decreto adversus eum Romæ promul-  
gato certiorem reddebat: non deerant  
quidem, qui hoc edictum nullius va-  
loris esse, Henrico persuadere niteren-  
tur, nihilominus ipse exinde summo  
terrore affectus Senatum suum convo-  
cavit, ac de opportunis hanc tempe-  
statem suo capiti impendentem decli-  
nandi mediis deliberari præcepit, ita

Yy 3                   men-

**Sæcul XVI** mentem suam declarans: „funt ex vo.  
A.C. 1589. „bis, qui Vaticani fulmina irrident,  
„ego autem semper ad illa expavi, n  
„que etiamnum ea longe magis per  
„mesco, quam omnia belli tormen  
„omnesque Fœderatorum impetus.  
Porro ex ejus Amicis Regi nonnulli  
auctores erant, ut suam indignatio  
nem in Pontificem effunderet, atque Ur  
bem, Comitatumque Avenionensem  
usurparet, simulque has ditiones Po  
tifici restituendas polliceretur, quan  
primum Regis postulato satisfecisse.  
Id quoque illi Italiæ Principes suade  
bant, qui cognita vehementiori Sixti V.  
indole eum submissionis, ac veneratio  
nis via haud flecti, sed sola vi, atque  
audacia ad justæ moderationis limite  
revocari posse arbitrabantur: prætere  
hoc ipsum pariter consilium Regi sug  
gerebat Navarræ Rex, qui perver  
suæ sectæ doctrinis adversus sacræ Se  
dis auctoritatem præventus, ac præ  
cipue ob existimatam injuriam sibi  
Sixto V. illatam exacerbatus Regi pro  
ponebat, quod spreto Pontificis an  
themate potius Parisinam Urbem obli  
dere aggredieretur: insuper hoc idea  
Cenomanensis Episcopus Roma ad Re  
gem perscribens eidem suadebat: ean  
dem quoque rem Cardinalis Joyosa su  
literis Regi significabat, omnibusque  
pe

persuasum erat, quod nunc, cum Hen- Sæcul.XVI.  
ricus in præfenti rerum vicissitudine re- A.C.1589.  
belles ad officium redigere cogeretur,  
nihil ad hoc magis opportunum occur-  
reret, nisi ut prius sacra Pontificis ar-  
ma a se averteret, eumque fibi propi-  
tium redderet, ac demum suorum ho-  
stium victore evaderet, eoquod ipsa Chri-  
stiana prudentia non permitteret, ut Prin-  
ceps Victoriosus, qui suis victoriis in  
universæ Ecclesiæ, ac communis utili-  
tatis præjudicium abuti posset, hostili-  
ter exagitetur.

A.C.1589.

§. CXII.

*Copiae apud exterros Principes Regis  
jussu conscriptæ.*

Rex horum consilia fecutus Pontificis decretum ignorare se simulabat, perinde acsi ei insinuatum non fuisset: unde interea a Papa absolutionem præstolaturus unice eo intentus erat, ut auctis exercitus sui viribus victoriam sibi polliceri posset: præprimis vero Iсаiam Brochardum Cliellam in Etruriam ablegabat, qui etiam a Magno Duce bis centies mille aureos impetrabat, ea lege, ut media hujus summæ pars Augustæ, ubi deposita erat, reliqua vero mox numeraretur, quamprimum copiis in Germania conscribendis initium fieret. Præterea Sancius jam-

**Y y 4** jam